



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Voluminibus Comprehensus

Tractatus de erroribus Pelagianorum, de gratia, de iustificatione & merito,
de virtutibus theologicis & quatuor cardinalibus, ac de ineffabili mysterio
incarnationis

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniae Agrippinae, 1671

§. IV. Firmitas & incrementum fidei nostræ in mediis persecutionibus,
quartum credibilitatis ejus argumentum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77177)

id: Nullum hominum genus est, siue Barbarorum, A
siue Graecorum, aut eorum qui planis pro domibus
manant, vel qui domorum usum non habent, apud
eum Iesu, qui cruci suffixus est, nomine, preces &
exaudiuit omniū rerum Creatori non fiant. Ea-
dem habet Irenaeus lib. 1. cap. 3. & Tertullianus,
idem habet Irenaeus lib. 1. cap. 7. libri
qui etiam secundo saeculo floruit, cap. 7. libri
contra Iudeos dicit, Christianam fidem latius
fuisse donatam, quam Romanum imperium;
milleque loca, Romanis inaccessa, fuisse Chri-
stianis subdita. Denique Plinius lib. 10. Epist. 97.
ad Trajanum Imperatorem: Non civitates tan-
tae (inquit) sed & vicos, atque agros, supersti-
tiosa istius (Christianae) contagio pervagata est.
Certe satis constat prope iam desolata templa (idolo-
rum) capisse celebrari, & sacra solemnia divinter-
rum) Unde bellè Chrysostomus in libro quod
Christus est Deus, ait quod sicut Deus initio mun-
di dixit, Germinet terra herbam viuentem, & in
momento omnia fuere pratum, omnia hortus;
ita iussit ut Ecclesia brevi tempore fieret, & ne-
mo potuit obistere, & ut Synagoga destrueretur
cum templo, & nemo potuit restituere.

Secundo admiratione dignissimum est, tam
celerem mundi conversionem, & fidei pecto-
rum orbem diffusionem, factam esse per Apo-
stolos, id est per pauculos piscatores, antea ru-
des & idiotas, imbelles, pauperes, contemptibi-
les, non armorum potentia, non Magnatum
praesidio, non opum, voluptatum, aut hono-
rum illecebris, non eloquentia vi, sed solā
Christi virtute & sapientia, ut eleganter expen-
dit Chrysostomus serm. 3. Pentecostes, His
verbis: Peragravit Piscatores orbem terrarum, &
infirmum eum inuenientes, ad sanitatem deduce-
runt, & in ruina positum, ad stabilitatem revo-
caverunt: non scuta moventes, non arcus tenden-
tes, non sagittas mittentes, non pecuniam largien-
tes, vin in eloquentia confidentes: pecuniā indi-
gentes, sed regnum caelorum possidentes; non ha-
bentes humana solatia, habentes autem Dominum
suum. Peragravit universum orbem oves simul
cum lupis, & vulnerata a bestis non sunt oves, D
sed magis lupi ad ovium mansuetudinem sunt conversi.
Ex libro quod Christus est Deus, sic discunt:
nemo unquam aedificans murum ex cemento &
lapidibus, si manus ei ligentur, posset opus per-
ficere: Apostoli autem non tantum ligati, sed
innumera passim, aedificaverunt toto orbe
Ecclesiam, & fidem per totum mundum dis-
seminarunt, contradicentibus omnibus, repug-
nantem Principum & Magistratum potentia,
Philosophorum sapientia, Rhetorum eloquen-
tia, repugnantibus demum humanis sensibus &
affectibus: in quo certè elucet maxima vis &
potentia fidei nostrae, & crucis Christi. Nam, ut
recte discunt Medina lib. supra citato de recta
fide in Deum, cap. 4. cum nihil temporale, nihil
caducum, nihil ad fluxum & terrenam felicitatem
conducens, Majores nostros ad Christianam vi-
vendi rationem pellexerit, debuit esse divinum
aliquid, quo in Christiana Religione, primisq;
E illius fundatoribus & propagatoribus adverte-
runt. Nec enim erant tam stulti & amentes, ut
absque ratione se, famam, honores, vitam, fortu-
nas, suaque omnia temerarie pessundarent. Gran-
de, inquam, fuisse oportet, quod impulsit illi homi-
nes, qui alioqui, sicut ceteri mortales, humanis
affectibus agebantur, legi ac religio: quae car-
ni & sanguini bellum in diceret, praesentibusque
omnibus spoliaret, contra eam quam a suis pro-

genitoribus acceperant rationem vivendi, contra
patrias leges, contra Principum imperia, contra
cognatorum suasiones, contra uxorum, filiorum,
ac parentum lacrymas, nomina dederint, & in
ejus verba, non vi & armis coacti, imò contra
vim & arma iuraverint: neque ullis suppliciis &
tormentis, ab ea suscipienda deterrent, & a sus-
cepta averti potuerint.

Alia consideratio hujus argumenti est, quod
Apostolorum praedicatio non solum fidei jugo
subdidit homines plebeios, rudes, & ignaros, sed
etiam viros suorum doctissimos, Dionysium, Cle-
mente, Irenaeum, Justinum, Arnobium, Ari-
stidem, Athenagoram, Lactantium, Tertullia-
num, & alios viros eloquentes & doctos, qui
Christianam legem totā doctrinā & secundā in-
fectabantur, & convitiis, ac scommatibus prosci-
debant, ut de se ait Tertullianus in Apologetico
cap. 18. Haec (inquit) nos risimus aliquando, de
vestris sumus: sunt, non nascuntur Christiani.
Ipsi etiam Imperatores, Reges, & Principes, pis-
catorum doctrinā paruerunt, & quas furore per-
sequebantur, persecuti sunt fide, ut bellè ait Au-
gustinus lib. 22. de civit. cap. 7. qui etiam con-
cione in Psal. 6. Admirans quomodo Deus per
piscatores mundum converterit, haec scribit: El-
git Imperatores postea, sed melius est, ut Romanus
cum venerit Imperator, ploret ad memoriam Piscato-
ris (id est ad Petri Apostoli sepulchrum) quam
si ploraret piscator ad memoriam Imperatoris. Et
Chrysostomus homil. 26. in cap. 12. Epist. 2 ad
Corinth. haec scribit: Qui indutus est purpurā, &
coronatus diademate, venit ut amplectatur sepulchra
Petri & Pauli; & deposito fastu, erat Piscatorem,
& Artificem scenae factorum, ut pro ipso ad Deum
intercedant. Ergo ne Dominum mortuum vocabitis,
eius servi post mortem sunt protectores Imperatorum
totius orbis?

§. IV.

Firmitas, & incrementum fidei nostrae, in modis
persecutionibus, quantum credibilitatis
eius argumentum.

Hoc argumentum duo continet credibilita- 248
tis nostrae fidei motiva, primum sumitur
ex Ecclesiae firmitate & stabilitate, inter tot per-
secutiones quae passa est; quae certe evidens indi-
cium est, illam speciali curā & providentiā pro-
tegi & conservari à Deo: videas enim, inquit Me-
dina, libro supra citato cap. 6. florentissimas & so-
lidissimas quasque respublicas, vel externis bel-
lis, vel seditionibus internis abollitas: cum tamen
contra, nulla persecutionem tempestas, nullus
tentationis turbo, nulla procella calamitatum,
Christianam fidem & Religionem demerferit;
sed quanto vehementius diabolica & mundanae
persecutiones ingravescabant, tanto magis novo
germine pullulabat Ecclesia; nimirum quia fun-
data est supra firmam petram, contra quam portae
inferi praevalere non possunt. Cumque vel unius
gentis potentia summis imperiis everteret dis-
cisset; nam Assyrios Medus, Medos Persicus, Per-
sas Graecus, duce Alexandro, Graecos Romanus
delevit exercitus, qui deinceps Gothicis, Wanda-
lis, Hunnis, Longobardis, Turcis, Alanis, Fran-
cis Imperium cessit invitus: in Ecclesiam tamen
non Medis solum, non Persae, non Graeci, non
Romani, sed nec universus orbis, unanimi con-
spiratione insurgens, praevalere potuit. Paucissimi
Romani Imperatores Christiani, brevi temporis
spatio

spatio, universam idololatriam toto Romano Imperio expulerunt, non quidem propositis poenis, sed Christianam vivendi rationem permisit. Contra vero pluribus seculis, nec maximorum Imperatorum favores, nec gravissima supplicia, nec favae leges, nec infamiae notae, nec certae proscriptioes, nec cetera id genus, quae in Christianos quasi in sacrilegos exerceri solebant, Christianam Religionem labefecerunt: Sed inter has persecutiones, velut rupes in mediis fluctibus stetit firmissima, & quadam veluti antiperistasi, unde quaque obfusa, oppressaque palma in modum erexit sese, & vegetior, potentior, augustiniorque effecta est.

Alciat.
emblem.
mat. 36.

Nititur in pondus palma, & consurgit in altum.

Quo magis & premitur, hoc magis tollit onus.

Secundum motivum petitur ex ejus incrementis: nam tantum abest quod ex Ecclesiae persecutionibus, quae trecentis annis & amplius duraverunt, numerus Christianorum fuerit propterea diminutus, quin potius ex illis maximum incrementum habuit, ut constat ex historia tam prophana, quam sacra. Unde pulchre Tertullianus & vere, sub finem Apologeticis, sanguinem Martyrum vocat semen Christianorum, tyrannosque ea propter ad eos magis cedere dum provocat istis verbis: Hoc agite boni praesides, cruciate, torquete, atterite nos: plures efficitur, quoties metimur a vobis; exquisitor quaque crudelitas vestra, illecebra est magis sectae. Hinc etiam S. Justinus, in Dialogo contra Triphonem, Ecclesiam viti comparat, quae ipsa sui amputatione uberius redditur: Non secus ac vinea (inquit) putatione, ita crescit Ecclesia persecutionibus. Similiter S. Leo ferm. 1. de Petro & Paulo eam comparat agricolatissimo, in quo grana quae singula cadunt, multiplicata renascuntur. Idem Salvianus lib. de provid. hanc ait esse Christianae vitae rationem, ut inter ipsas persecutiones incrementum suscipiat, & inter prospera marcescat. Denique D. Hilarius lib. 4. de Trinit. in hanc rem bellissimè ait: Sicut olim crescentius diluvii fluctibus, arca sublimius ferebatur, & tandem procellarum victrix requievit super montes Armenia: non dissimili modo Ecclesia, dum exercetur, floret; dum opprimitur, crescit; dum contemnitur, proficit; dum caditur, vincit. In hujus veritatis confirmationem refert Zonaras in vita Diocletiani, eum Mediolani in Occidente, & Maximinum, ejus in Imperio socium, Nicomediae in Oriente, Imperio sponte se abdicasse, quod non possent suis cadibus & tormentis Christianos extinguere, quin imò eos in dies incrementum maximum suscipere suis oculis intuerentur. Cui consonat id quod nostris temporibus in Japonia de Christianis Martyribus pronuntiasse fertur Tyrannus Imperator: Frustra in eos sevir, e quorum cineribus plures in dies exurgunt.

S. V.

Infelix exitus eorum, qui fidem nostram oppugnant, quantum credibilitatis ejus argumentum.

249. Cum falsae doctrinae impugnatio, gratissimum Deo, quicquid prima veritas, sit obsequium, dignum proinde laude & premio, verisimillimum est illius Religionis falsa non esse dogmata, sed vera, cujus hostes & impugnatores gravissimis a Deo in hoc mundo fuere multati suppliciis: unde non leve sumitur creditum nostrae fidei argumentum ex infelici exitu

A eorum, qui eam oppugnaverunt, qui exploratissimus est. Nero enim mortem sibi concivit, dicens: Turpius vixi, turpius morior. Dominus a domesticis septem vulneribus confosus occubuit. Trajanus paralysi & hydropisi, vel juxta Dionem, veneno sublati sunt. Adrianus nimio sanguinis fluxu exhaustus, sanguinis effusio penam in sanguine solvit. Antoninus appoplexia mortuus est, cum triduo mutus jacuisset. Severus podagra impatiens, venenum hausit. Maximinus cum filio, a militibus discerptus est, exclamantibus, ex pessimo cane ne catulum quidem relinquendum esse. Decius vix biennio potius Imperio, hiatu terrae absorptus est. Gallus & Volusianus adversus Aemilianum proficiscentes, a militibus perempti sunt. Diocletianus post varias aggritudines, tabe & infania correptus est, cum videret se Christianum nomen extinguere non posse. Maximianus vero, cum vellet imperium, a quo sponte se abdicaverat, resumere, ejus insidias Constantino detectis, laqueo sibi vitam eripuit. Denique nullus est qui vindictam a Deo de Judaeis Chisticidis, & primis fidei nostrae persecutoribus, ignoret: illi enim ab eo tempore, quo morti ab eis traditus est Christus, per totum mundum vagantur, & transeunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum, juxta Prophetarum suorum vaticinia, sine Duce, sine Judice, sine Templo, sine Sacerdotio, & ne unum quidem terrae cespitem possident, omnium ludibrio & contemptui expositi sunt, & innumeras calamitates patiuntur, quae juxta Danielis vaticinium in aeternum perseverabunt. Quod certe evidens argumentum est, fidem nostram esse verissimam, & Christum, ejus autorem & consummatorem, esse verum Deum: si enim verus Deus non esset, ut ipse dicebat, subindeque falsam tradidisset doctrinam, dubium non est, quin Judaei eum interficiendo, qui usque adeo impie gloriam divinam ad se transfunderet, magnum & gravissimum Deo praestitissent obsequium: unde divinae bonitati non videtur consentaneum, quod post illud facinus Gens illa tam multis, tam diuturnis, & tam magnis calamitatibus vexetur, quin potius videatur quodlibet aliud scelus ab eis commissum, ob unam illam actionem remittendum fuisse: maxime cum (ut arguit D. Chrysostomus, Oratione 3. adversus Judaeos) olim Deus poenas eorum idololatriae debitas omnino remiserit, propter mortem unius qui legem transgressus fuerat Phinees eorum duce illatam. Si Phinees (inquit) unico perempto homine, perempto homine, totam multitudinem adversus populum placavit, tamque multos homines eripuit ab ira divina unius hominis cedes, multo magis haec vobis oportuit accidere, si legis transgressor erat quem vos crucifixi. Cur igitur quae Phinees, viro legis transgressore perempto, iustus habuit est, & sacerdotio honoratus; vos autem cum in Crucem egeritis virum impostorem, ut dicitis, non modo non inde fertis laudem & honorem, verum etiam acerbiore patimini, quam cum filios vestros mactaretis? An non istud perspicuum est, etiam vehementer tardis & hebetibus, quod postea quam adversus Salvatorem, ac Principem orbis impie egistis, talis sit de vobis sumpta vindicta?

Nec solum Tyranni, qui in Ecclesiam ferro & igne saevierunt, sed etiam Haeresiarum, qui eam verbis & scriptis extinguere conati sunt, & quorum persecutio quodammodo fuit atrocior (ut enim ait Tertullianus: Persecutio Martyrum, haeresis vero apostatae fecit, & Tyranni in corpora tantum,